

*nia, & Charitatis sensa referuntur &c.* Unde liquet, pergit inquis, Davidem ex vehementia doloris prorupisse in profundas lacrymas, gemitus, & singultus, qui vocem illi interceperant ita, ut non aliud essari posset, quam *to peccavi Domino*. In quo, uti sentit D. Ambrosius in Apolog. David 1. cap. 2. contineatur *immensus dolor, & profunda Penitentia*. Adde quod quamvis verissimum sit, quod David veram Contritionem elicerat, cum ipsi Propheta respondit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non est tamen certum, ut plures pretendunt erueret ex phrasi textus, quod eam talem eliceret ad 1. vel secundum conatum.* Comphrasit similis textus Lucae 24. C. Tunc iratus Paterfamilias dixit seruo suo: *Exi cito in plateas, & vias eos clostratis: & pauperes, ac debiles, & caecos, & claudos intraduc hinc.* Et ait seruus: *Dominus factum est ut imperari non significat adeo instantaneam executionem mandati Patris familias, quae certe plures horas exigebat.*

CAPUT III.

*Deducitur, 1. Quod neque Sacramenti reverentia, neque Animarum salus prudenter, ac per consequens neque absque gravi sacrilegio committi possunt huic adeo tenui, & fere nulli diligentiae ad ponendum, essentialiorem eisdem Sacramenti partem.*

**P**rudenter caveat Confessarius ab illis duobus extremis maxime noxiis. 1. Scilicet est credere, quod omnes sui Penitentes quoties praemissa peccatorum narrativae, & solito Contritionis Actu, dicunt *se nimis poenitere*, sufficienter sint dispositi ad Absolutionem. Hincque nimis sollicitus ne forte deficiat, qua semper adeat, materia huius Sacramenti remota, minime curans de proxima, qua plerumque deest, omnes indiscriminatim absolvit. 2. Extremum est vix ullum credere dispositum, nisi cernatur profusus lacrymis peccata deplorare. Manifestum est enim, quod ad ministrandum Penitentiae Sacramentum necessarium non sit iudicium metaphysice certum de vera Penitentis dispositione, nec talis crisis quae nullatenus acquiescat. Sicut nec e converso sufficit simplex apprehensio aut imprudens iudicium de eo, quod reipsa detur eiusmodi vera dispositio. Sufficit (inquit Ligorius in Opere Homo Apost. tract. 16. cap. 6. num. 17. & tract. ult. par. 2. num. 13.) certitudo Moralis iuxta regulam Sancti Thomae 2. 2. quest. 48. artic. 6. &c. Unde sufficit Confessario pro Absolutione impedienda, ut prudens iudicium probabile de Penitentis dispositione habeat. sine aliqua prudenti suspitione in oppositum &c. Et quidem veredictum, nam si ad ponendam integritatem Materie remotae huius Sacramenti, quod a

PENITENTIA

liunde est tantum de precepto requiritur, ut docet Suarez de Penit. disp. 22. Sect. 21. *Moralis diligentia in disquirenda propria conscientia.* Certum est, inquit, esse de necessitate Confessionis, ut Penitentis Moralem faciat diligentiam, ut integre confiteri valeat; quando quis habet conscientiam peccatorum mortalium; & fortiori requiritur eadem Moralis diligentia ad effectum ponendi Materiam proximam, quae est de necessitate Actus, maxime cum hic dolor verus sit difficilior, & contingens concipitur ut oportet. Placitio lib. 6. par. 2. nu. 690. ait: *Confessio omnium mortalium est tantum praecipua, & (ex iusta causa) omitti potest quandoque scienter: e contra aliquis dolor sive retractatio omnium mortalium est secundum praesentem Dei ordinationem de necessitate Medii, ad hoc ut aliquod demittatur.* Cum verissimum sit sufficere integritatem Formalem, iuxta illud Tridentini sess. 14. cap. 5. *Reliqua peccata, quae diligenter cogitantur non occurrunt in universum, eadem Confessione inclusa esse intelliguntur.*

II. Modo sic: si nullo modo reputanda esset Moralis diligentia ad ponendam integritatem Materialem Confessionis conscientie plurimis facinoribus irritis quaedam levis perquisitio, cum fieri potest saltem mediocriter, quomodo prudenter reputanda erit Moralis diligentia ad concipiendum dolorem diligentia illa recitandi velut obiter fensel, aut hinc Formulam Actus Contritionis cum aliqua dispensatione veluti in abstracto, & quin provocat a suis propriis Motivis debito modo proficit, secure ac tuto haberi debeat in re summi momenti, & contingente? Estne illa diligentia, quam nobis Sancta Romana Ecclesia, quam Sancti Patres, quam Concilia inculcant, & per consequens, quam Deus nobis in Scripturis SS. praecipit, ac praescribit? Et quae satisfacere possit Conscientiae prudentis, ac sapientis Confessarii, qui quidem scire debet, quod iuxta omnes Theologos apud Sponerium par. 3. cap. 3. lect. 4. quest. 1. num. 789. Regula generalis est, Confessarium teneri examinare Penitentem, quando probabiliter credit, aut suspicatur eum omittere aliquid, quod ex parte eius est necessarium ad validam, & licitam administrationem, simulque fructuosam susceptionem Sacramenti &c. Adeoque si ex ignorantia, vel negligentia gravi de eiusmodi Requirito non examinet Penitentem, peccabit mortaliter secundum omnines, quos, quantum rationabiliter potest, teneatur procurare, ac providere, ut iudicium suum sit validum ex parte sui, & Penitentis. Et quod, ut Sotus lect. 10. de integr. Confess. ait: *Cum duo haec examinatio, & dolor praecipua sint, de quibus iudicare debet sacerdos sine ulla cura, & discretione horum absolvere, cum non sunt manifesta, grave periculum est, res videmus quomodo excusari possit Sacerdos ipse a gravi peccato, & Penitens*

JUSTIFICANS.

nitens etiam a gravi negligentia. Et tandem quod, ut lib. 1. de Bapt. cap. 3. Augustinus ait, *Unusquisque graviter peccaret in rebus (necessitate Medii) ad salutem animae pernitentibus, vel eo solo, quod certis incerta praesepit.*

CAPUT IV.

*Deducitur tandem ex dilectis, sed ab imperitiis tantum, nos scilicet docere ea, quae non docemus.*

**I.** Deducitur 1. Nos docere necessarium esse praemittere ad bonam Confessionem, plurimos Actus Contritionis, & Attritionis; sed male; cum nos unico contenti sumus. Quantumvis tamen persuaderi non possumus, quod hic Actus Contritionis communitur loquendo eliciatur, ut oportet, quotiescumque quis apponit vel minime conatum ad eos eliciendum; aut quod semper a penitentis Penitentibus praestetur competens diligentia, & debitus conatus, ut, prout requiritur, eliciantur: aut etiam quod talis diligentia in ipsis Actibus eliciendis consistat in uno, vel duplici conatu (quamvis forsitan licet rarissime ad 1. vel 2. eliciantur), quia, ut sapienter dicitur Ulpianus Reg. 65. ff. lib. 29. *En qua ratio accidit non nisi temere in agendis negotiis comparantur.* Et ut ait Div. Thomas lib. 2. quest. 20. artic. 5. *Non enim datur iudicium de re aliqua secundum illud, quod est per accidens (in paucioribus), sed solum secundum illud, quod est per se (in pluribus).* Deducitur 2. nos saltem docere necessarium esse elicere multos Actus Contritionis ad eliciendum unum Actum Contritionis; sed quidem male. Nam omnino quod secundum Cap. Penitens de Presbytero non bapt. *Non intelligitur iteratum quod ambiguit factum: nos nunquam docuimus, quod ad eliciendum unum Actum Contritionis necessarium sit plures elicere, ac si ad eum eliciendum non sufficeret eum elicuisse.* Quod ergo unice contendimus, & est quid diversum, est quod non sit idem aliquem vel aliquos conatus apponere, vel Actum Contritionis fensel, vel aliquoties recitare aliquo doloris sensu, ac illum secure elicere, ut oportet. Nam, cum ex una parte vix appareat, praeterquam in paucissimis, aliquis ex illis effectibus verae Conversionis seu Contritionis, quos observamus vel in illis, quos probabiliter credimus salvandos, vel in eis, quos certo credimus salvatos; & ex alia parte ad eos sensus, vel potius nulla diligentia communitur apponatur ad verum Contritionis Actum eliciendum, satis prudens fundamentum habemus dubitandi, *An tot praesens Contritionis legitime non sint. an possint suspensivae?* Cum cit. Petrus Sotus sapienter lect. 17. noxet quod *subita illa conversio (qua ali-*

quando aliqui Penitentes ad primos conatus per veram Contritionem ad Deum convertuntur) non reddat eos securos in posterum, & otiosos, sed sollicitos ad ipsam Penitentiam non intermittendam. *Peccatum meum contra me est semper,* inquit David, *& iuvabo per singulas noctes stratum meum &c.*

II. Et quia, ut advertit Anglicus 3. part. quest. 84. artic. 2. *Veram Penitentiam non solum removens peccata praeterita, sed etiam praeservat hominem a peccatis futuris.* Non quia ipsa non reddat penitus impeccabiles; aut quod peccatum subiens sit infallibile signum, quod ea non fuerit vera. Cum vera Penitentia a nobis non tollat liberum arbitrium, nec humanam defectibilitatem ac infirmitatem. Sed illud tantum dicimus, quod totalis carentia illorum effectuum, quos vera Penitentia parere solet, & illa nimis superficialis, & fere nulla diligentia, quae solet communitur. Fideiibus poni ad eam concipiendam, nobis fundamentum praebet suscipiendi maximam partem talium Contritionum esse infallientem ad paradysum obtinendum. Quapropter fuisse vellemus unumquod nostrum maiorem diligentiam adhibere ad Contritionem veram concipiendam, selesque periculo damnationis subtrahendum. Vellemus etiam illos, quibus aliqua ratione animarum salus incumbit, nullis dissecularibus, quas malus demon objicit, cedentes, populi hanc necessitatem maioris diligentiae prudenter inculcate, sibi a Spiritu Sancto dictum reputantes. *Prover. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non cesses.* Nam, ut ait lect. 17. de Persecuta Cour. Sotus, *Timentum est Populo christiano, & rudi, ne ex facilitate remissionis peccati, quam ille putat &c. per hanc minoris eam, quam opus est, faciat, quasi quotidianam; quomodo vero credere poterimus hanc tantam suam gratiam Deum conferre contententibus &c.?* Quare nullam popularem opinionem putamus diligentius extendendam ab animis Christianorum, quam hanc tam minutam estimationem. Et ne tot Fideles dum ad caelestem patriam appellere praetantur fuisse *acquiesco, & falia Penitentiae idea decepti ad tartara deveniant, ubi in aeternum inutiliter Penitentiam agentes dolent non de eo, quod ignorarunt huic necesse fuisse hoc Penitentiam & quidem veram egisse; sed de eo quod irreparabilis errore non satis intellexerint quantum valeant diligentiam, sollicitudinemque fidei necessarium fuisse ad eandem Penitentiam agendam, ut oportet. Ergo erravimus a via veritatis, & sol intelligentia ortus non est nobis.*

III. Deducitur 4. ab eisdem imperitiis, quod nos tacite redarguamus zelum, quo Concionatores vehementer invehunt contra vitia populorum inculcando peccatoribus conversionem, & veram Penitentiam quasi in abstracto, quin curent de efficaci modo, quo ipsi hanc



veram Pœnitentiam & Conversionem a se prædicantem, eliciant ac exequantur, ut speret. Sed male hoc inferunt. Cum nunquam zelum, quo Dei Ministri vitia reprehendunt, & Pœnitentiam inculcant, impugnaverimus. Hoc unum tantum dicimus, quod sublato hoc perniciosissimo æquivoco, & prudenter ac efficaciter persuaso Christiano populo de vera idea Pœnitentiam, & vera Conversionis in Deum, plurima peccata impedienda forent, & plura alia desenda essent. Tum quia innocentes ob justum timorem incerti dubiosque exitus illorum, qui peccant, non adeo faciles viam iniquitatis ingrederentur. Cum ob id, ut apte animadvertit Ven. Card. Bellarminus Controv. de Pœnit. lib. 2. cap. 16. Apostolus exemplo Elau admonere voluit Fideles, ne facile se in peccata pertrahi sinerent, tum quia damnium irreparabile incurrit, qui innocentiam, & Virginitatem peccando amittunt, tum etiam quia nonnulli gemunt, & plorant, nec tamen veram Pœnitentiam habent. atque ita valde dubius atque incertus est peccantium exitus, tum quia peccatores fallaciter persuasi de incertitudine recuperandi illam gratiam, de qua adeo facilem iusturam faciunt, qui animadvertant ad illud Prophetarum; „ *quis scit si convertatur, & ignoscatur Deus?* ” Super quod sapienter notat idem Ven. Cardinalis Controv. de Iustific. lib. 2. cap. 16. quod, „ Hec, & similia quæ significant incertitudinem remissionis non faciunt

re pœnitentibus indulgentiam, illæ certissimæ sunt, sed respiciunt incertitudinem nostræ dispositionis: ” „, utiliter timent, & non solum peccata data opera non ingemant, sed festinato infelicissimum ipsorum statum pro viribus mutare nitentur, facientes fructus dignos Pœnitentia, cum ut concludit ipse Ven. Doctor, „ Undecunque veniat incertitudo, semper prostant hæc testimonia non debere hominem ita esse securum, ut non sentiat a Deo petat forsitan Pœnitentiam, & peccati remissionem ” „, Et necessaria est fateri, quod si raritas seu difficultas inveniendi Confessarium in gratia Reclassificationis quorundam scelerum ab Ecclesia iudicatur quoddam frænum ad continentiam hominum temeritatem aptum, multo magis aptum esset ad frændandam nimiam licentiam illorum, qui peccant, ut peccent, & quasi aquam bibunt iniquitatem, dicentes: „ *Postea confitebor tibi: est Confessio: est Pœnitentia, scire bonas illas Pœnitentias, & validas Confessiones non elici, neque effici in illo numero, & quantitate, quam ipsi sibi imaginantur & fingunt.* Et hoc ideo, quia ipsa non consistunt unice in recitandis aliqui Naturali simplicitate, vel forte Supernaturali quasi in abstracto, vel ex aliquo alio capite insufficientibus semel, & iterum Formulæ Actus Contritionis, vel in mera paterfatione, & recognitione peccatorum, seu in eo, quod se rei culpam fateantur, ut ipsi nihil perperam putant.



## DISSERTATIO II.

Fit satis Objectionibus.

## CAPUT PRIMUM.

Fit satis Objectioni deducta a Peccatione.

**I**N Obis obijctur, quod quotiescumque Pœnitens aliquid peccationis præmittat ad suum talem qualem conatum in ordine ad Pœnitentiam ipse secure elicit suum Adum Contritionis, ut oportet; cum in Evangelio legatur illud perbellum, *Petite, & accipietis*. Ergo &c. Nos concedimus Adversariis in Evangelio legi illud, *Petite, & accipietis, petite, & dabitur vobis, passate, & aperietur vobis*. Sed quid inde? Significat forsitan hoc, quod eo ipso quod aliquis vel frigidè dicat „ *Parce mihi, Domine: Deus mi, concede mihi verum dolorem meorum peccatorum;* infallibiliter obtineat a Deo gratiam efficacem, qua ad primum & quidem debillissimum conatum oratum Fide, & Spe Supernaturalibus, & aliis requisitis, sibi concessum sit elicere ejusmodi Dolorem? Ah! capiamus, ne nimis perniciose eremus, sensum, & conditiones, sub quibus Deus promittit exaudire nostras deprecationes. Certe doctissimus A. Lapide ait „ Hæc tria (*Petite & accipietis, petite &c.*) idem significant, scilicet *Instantissimam petitionem &c. significant ergo orandum confidenter, diligenter, ardentè, & perseveranter &c. Omnis qui petit, accipit, & qui querit, invenit, & pulsanti aperietur;* hoc enim meretur orationis instantia, & perseverantia. Intellige, si petat quod oportet, & prout oportet. Pater Suarez de gratia p. 1. l. 1. & c. 8. c. 26. ait „ *Nemo enim negare potest, quin orare sicut oportet, sit res magni momenti &c. quatenus in firma, & infallibili Fide fundari debet, & nisi etiam in Spe certa ex promissione divina sic plane est Actus Supernaturalis &c.* Et nisi has conditiones habeat, non est qualis oportet. Hæc conditio (*Perseverantia* in oratione) est in Scriptura multum commendata, & replicata, & ad explicandum non facilis; ad exequendum veto, difficilis &c. Videtur enim ex dictis sequi nunquam desistendum ab inchoata petitione, quia neque est certum tempus designatum, nec certus orationum numerus, cui impetratio infallibiliter promissa sit.

II. Ven. Card. Bellarminus controv. de bonis oper. l. 1. c. 9. ait „ *Ut Oratio sit infallibiliter impetratoria multe conditiones requiruntur, quarumvis Scriptura videatur abso-*

lute promittere orantibus impetrationem earum rerum, quas postulant, ut Matth. 7. Luc. 11. *Petite, & accipietis, & omnis, qui petit, accipit;* attamen promissiones istas conditionem includunt, quam expressit Jacobus c. 4. cum ait: *Petitis, & non accipietis, eo quod male petatis:* ec. sunt tamen aliqua loca, quibus probari videntur etiam peccatores a Deo exaudiri Matth. 7. *Omnis, qui petit, accipit.* modo peccatores orant, cum Pœnitentiam agere incipiunt, quomodo Nihivitz, & Publicanus orabant, & hi sepe impetrant non ex iustitia quasi digni, sed ex Misericordia Dei, & non omnino infallibiliter. Nam ideo Scripturæ addere solent particulam *Fortè, vel quis scit* ut Joel. 2. Joan. 3. Dan. 4. & Act. 8. quando de Orationibus peccatorum loquuntur. Lucæ 11. *Dico vobis, & si non dabit illi, eo quod Amicus eius sit, propter improbitatem eius surget, & dabit illi quatuor habes necessarios.* Ex quo loco S. Basilii colligit peccatores quoque impetrare quod petunt; quando perseveranter petunt. „ *Preceur igitur clementissimum Deum ut oportet, & quantum oportet, ut nobis concedat quod nobis oportet, divinum spiritum exorantes, ut ait Apostolus, ut adjuvet infirmitatem nostram, nam quid oremus, sicut oportet, nescimus.* Et minime dubitemus, quod obtinebimus, & sic in nobis adimplebitur illud perbellum, *accipietis* ec. Tandem Deum etiam atque etiam obtinemus, ut nobis verum peccatorum dolorem concedat, eumque maxime obtinemus frequentè multiplicatione conatum ad Actus Contritionis, & Arreptionis post elictos plures Actus Fidei, & Spei, concipiendos, tum maxime, cum nos ad sacramentalem absolutionem disponimus. Siquidem hic, hic meo videri est efficacior modus precandi Deum, ut nobis veram Contritionem, & peccatorum veniam concedat; non vero ille alius, utilitissimus tamen, quo quis quasi in abstracto frigidè dicat: *Domine, da mihi verum dolorem peccatorum meorum;* quin ceteroquin, quantum in se est, ad eundem concipiendum aditatur. Sicut efficacior modus, quo Pictor, cui cordi vehementer esset exprimere perfectissimam effigiem aliter gravissime plestendus, ut optatum ferret, non esset in unice Deum exorandi, ut se adjuvaret ad eandem ad vivum exprimendam, nisi infirmo omni animi contentione opus aggressatur, ductisque pennicilli necessarios, ceteraque omnia diligenter adhibeat.



CAPUT II.

Vit satis objectioni deducta ex eo, quod vera Contritio a Deo dumtaxat nobis provenire debet.

I. Exoretur Deus, inquit Adversarii, ut nobis gratiam eliciendi Supernaturales Actus Contritionis imperiatur. Sed ad quid tot conatus, seu tot Actuum Contritionis repetitiones, si tandem Actus Contritionis, ab uno Deo expectandus est iuxta celeberrimum Augustini deprecationem: Da Domine, quod jubet, & sube quod vis? Resp. Actum Contritionis a Deo uno expectandum esse, sed cum addito nostræ cooperationis, ut ipsemet S. D. sese explicat 1. de gratia, & lib. arb. c. 5. dicens: Quare jubet, si ipse daturus est? Quare dat, si homo facturus est? Nisi quia dat, quod jubet, cum adjuvat, ut faciat, cui jubet ec. Et c. 17. Ut velimus sine nobis operatur (per gratiam prævenientem,) cum autem volumus ut faciamus, nobiscum (per gratiam cooperantem) cooperatur: tamen sine illo vel operante, ut velimus, vel cooperante, cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus. Et l. de peccat. merit. & remiss. c. 5. ait: Adjutor enim noster Deus dicitur, nec adjuvari potest, nisi qui etiam aliquid sponte conatur ec. Hoc igitur est Mysteriosum illud significatum verborum Augustini: Da quod jubet, & similia; maxime si sermo sit non de gratia efficaci in Actu primo, sed de eadem in Actu secundo conjuncta cum suo effectu, v. g. Actu Contritionis, in quo eliciendo ipsa non operatur sola, sed operatur in simul cum nostra libera voluntate. Quod optime coherent, cum definitione can. 32. sess. 6. Tridentini, si quis dixerit hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita: Anathema sit. Et in similibus recedit a 3. Prop. Questuelli, in v. v. v. Domine, precipit, si tu ipse non das, quod precipis. Et tandem si verum esset, quod præventi gratia excitanti expectare orosi debuldemus Supernaturales Contritionis infusionem absque nostra competenti cooperatione gratiæ concomitanti, non adstringeremur nequidem ad ponendum unum vel levissimum conatum ad concipiendos Actus Contritionis, Fidei, Spei, & Charitatis, nec elemus a Deo puniendi, quia non credidimus, non speravimus, non amavimus, nos non peccavimus, ut oportet eo quod falsissimum est, & Janfenitico sermone plenum.

II. Faciamus igitur divina gratia adjuvati quantum in nobis est ad veram Contritionem concipiendam. Hoc enim & nos docet Augustinus, & nobis precipit Deus. Intervertique hæc conatum, (vel si cum volgo loqui vis) hæc Contritionis Actuum repetitio a Christiana prudentia directæ, a ad nos liberandum a temerario, & peccaminoso periculo exponendi ab-

que necessitate Sacramentum evidenti nullitatis, & animas æternæ damnationis periculo. Nam qualem, queso, excusationem, si tandem penam levet, meretur debitor ille ingentis aurocorum summe, quam propostâ capituli pecunia perfolvere debuisset ex nummis aleatoria (quam Italice lotto vocamus) sortitione partis, qui cum facile & quidem copiose pluries in anno ejusmodi ludum ludere posset, vix senes, aut ierem & tunc satis parce cum luxerit. 2. Ad contestandam offensam a nobis Deo sinceram suam offensam detestationem, desideriumque recuperandi illius gratiam (siquidem hic nobis videtur opportunissimus modus implorandi à Domino peccatorum veniam; & præbendi Confessorio aliquod nostræ sollicitudinis in cooperando prævenienti gratiæ, atque nostræ penitentiæ signum.) 3. Intervit ad movendum Deum, ut nobis desideratam Justificationem concedat, utpote qui, ut ait Angelicus, nulli gratiam denegat, qui quod in se est, facit, ut se ad gratiam præparet. 4. Aut, ut explicat Eximius D. Facienti quod in se est, per priorem vocacionem, non denegat auxilium ad cetera necessaria.

III. Et quamvis primi præfati Actus seu conatus non sint ita perfecti, ut nos ad Justificationem proximè disponant, nihilominus erunt tot aliæ remotæ dispositiones, quæ nos ad proximam, hoc est verum dolorem disponant. Est enim Naturale homini ab imperfecto ad veram conversionem perveniri, paulatim per imperfectos Actus procedit. Et hic est ordinarius modus procedendi in tota serie dispositionum ad Justificationem ec. quamvis Deus subito possit justificare hominem. Peccator per unum Actum ex gratia factum, vel minus perfectum, vel magis remotum ab ultima dispositione ad gratiam meretur de Congressu, ac immediate novum aliquod auxilium, quo per alium Actum perfectiorem, vel propinquiores efficiat. Et sic procedendo, donec ad terminum Justificationis perveniat ec. Ita Suarez de gratia p. 3. lib. 1. c. 26. n. 13. Quod quidem prius docuerat Angelicus 1. 2. q. 113. ar. 10. Et enim, inquit, iste communis, & consuetus cursus Justificationis, ut Deo movente interius animam, homo convertatur ad Deum, primo quidem conversione imperfecta, ut postmodum ad perfectam deveniat; quia Charitas inchoata meretur augeri, ut aucta mereatur perfecti, sicut dicit Augustinus. Quamdo vero tam vehementer movet Deus animam, ut statim quamdam perfectionem justitiæ afferatur; sicut fuit in conversione Pauli ec. Et ideo conversio Pauli tanquam miraculosa ec. Idem docere videtur Christus Dominus Marti 4. dicens: Sic est Regnum Dei quemadmodum si homo jaciat lemantem in terram... nitro enim terra fructificat primam verbum... deinde spicam, deinde plenam fructum in spica. Concludamus ergo, quod nostra Justificatio ita tota fit opes Dei, & gra-

tie ejus, ut infirmul sit opus nostra libertate operationis, ut hac deficiente nunquam per Penitentiam justificabimur, ut optime inquit Augustinus fer. 15. de verbis Apol. Totum est ex Deo, non tamen nos quasi dormientes, non quasi ut non conemur, non quasi ut non velimus. Sine voluntate tua non erit in te iustitia Dei; qui facit te sine te, nos te iustificabit sine te.

s. Un.

Infant Adversarii dicentes. Sicut contingere potest, quod posito a nobis primo, vel secundo conatu ad eliciendum Actum Contritionis, ipsum revera non eliciamus ut oportet, ita accidere potest, dum in sequentibus conatibus nitimur ad eum eliciendum, ut eundem nec tunc eliciamus. Ergo ad nihilum nobis proficere poterat tot præfate iterationes ejusmodi Actuum. Resp. neg. Auct. Quia iterando ejusmodi conatus seu Actus debitum nostrum faciendi, quod in nobis est, aliquo modo adimplemus: ac per consequens magis dispositi & digniores evadimus, ut copiosiora auxilia accipiamus, & ille perfectus Actus, qui a nobis in primis conatibus elicitus non fuit, in uno aliquo ex subsequenibus talis elicitur securus. Nam durissima illa cautes, quæ ad primam persecutionem virgæ Moysis nequidem maduit, ad secundam abundantissimas aquas emisit. Egredisse sunt aquæ largissime. Num. 25. & illam pluviam, quam Elias orando non obtinuerat ad primas sex, obtinuit in septima vice. Et facta est pluvia grandis. Reg. 3. c. 18. Eamque perfectam lepræ sanationem, quam Nahaman Syrus se lavans juxta monuit Propheta Elishæ, Lavare septies in Jordane non obtinuerat in 1. & sequenibus lotionibus, obtinuit tandem in septima. Restituta est caro ejus, sicut caro pueri. Et sane si Joas Rex Israel, cui ab eodem Propheta dictum fuerat A. Reg. 8. 13. Percute jaculo terram, teritæ percutioni adjuñxisset 5. vel 6. vel 7. sine dubio delevisset et terra omnino illum holtem qui sibi fuisse toto clades, ac damna inferabat, ut iuste indignabundus ei exprobravit Propheta. Si percussisset quinquies, aut sexies, aut septies, percussisset Syriam usque ad consumationem. Tandem, si legitima esset Adversariorum confeg. legitima etiam esset hæc alie; Ergo ad nihilum nobis proficere poterit primi conatus ad concipiendos Actus Supernaturales Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis; ergo necessum non est, quod apponamus se quidem hoc primos conatus ad eos eliciendos. Quod quam absurdum & hæreticale sit, nullus est, qui non videat.

II. Replicant demum dicentes: Ideo plures ad 1. vel 2. conatum revera non eliciunt verum Supernaturalem Actum Contritionis, vel Attritionis, quia vel nolunt se peccatorum reos fateri, vel seriam proponere emendationem, vel certe nolunt penitere se orundem-

ni si ob Motiva mere Naturalia. Ergo falsum est, quod verum Actum Contritionis non eliciant ob defectum sufficientis Fidei, vel Spei Supernaturalis propria Virtualis, vel sufficientis conatus, & diligentie ad eum eliciendum, ut nos supponimus. Resp. negando ant. & confeg. utpote omnino falsa, ut jam innuimus, & in sensu Adversariorum incredibilia. Nam qui fieri potest, ut major Christianiorum pars credens, ac sperans, ut oportet, uti modicus tenent nostri Adversarii, non cognoscat evidentem suam divinæ Legis graves transgressiones, illaque, dum Sacramenta suscipit, nolit coram Deo, ejusque Ministris recognoscere, eandemque nolit seriam emendationem proponere, Deoque ipsi serio dicere, se eandem vere penitere non saltem, cum jam actu terribilem mortem in se tot doloribus, angustis, & stragibus immaniter ferventem experitur: tum saltem, cum jam clarissime se se æternis gaudiis privadam, & jam-jam sempiternis suppliciis addendam prævidet? Hocce credere emori omnes adeo amantes, ut tempus jocandi, vel non serio agendi cum Deo, tempus illud tot horribilis, ac terribis plenum reputent? Et quod solum eos peniteat ob Motiva temporalia, tum cum per Fidem vividius ipsis ante oculos proponitur solium æternæ, prædentem existimabimus? Vah ridiculum commentum! Ad populum phalaras.

CAPUT III.

Vit satis objectioni deducta ex Consolationibus, quas experitur quamplures ex eis, qui peccata sua consistentes tenent dumtaxat diligentiam, vel conatum ad concipiendum verum dolorem adponunt.

I. Maxima Penitentium pars (dicunt Adversarii) nulla alia preparatione adhibita, quam ea ipsa quæ a nobis nuncupatur tenuissima, & sepe nulla, & alii sola peccatorum narratione opato Confessorium contenti, domum quietæ ad solatium pleni revertuntur, atque istorum aliquis a vitis repositæ, varique pietatis operibus se se postea exercet. A qui hoc est argumentum, quod ad effectum veræ Justificationis non requiritur illa repetitio conatum in ordine ad veram Contritionem, quam nos requirimus concipiendam. Ergo ec. Resp. conced. maiorem, si loquamur de quodam falso solatio (quod quidem in alio non consistit quam in illa exoneratione obligationis, ac difficultatis, quam experiebatur in patelaciendo propria scelera Confessorio. Secus dicendum; si loquamur de veræ & Supernaturali consolatione, qualis fuit illa Penitentis David indicata in Psal. 92. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue lætificaverunt animam meam.) & negando min. & confeg. Siquidem nullus ex ipsis nisi forsan rarissimus non solum tuto, sed nec probabiliter amissam gratiam recuperat ex



vi tallum Contritionum, & Confessionum. Nec falsa consolatior, & pax, quam hi infelices experiantur, est fundamentum hoc credendi, aliter credere etiam debemus vere justificatos, quorocumq; domum requeuntur valde consolati ob hoc solum, quod fecerant Confessario fideliter exposuerunt. Quod quidem falsissimum est. Quapropter optime ait Card. Gottius Theol. t. 9. q. 3. dub. 9. §. 4. Signa, quae Supernaturalia existimantur, possunt esse mere Naturalia. Pax item & conscientiae tranquillitas salam cognitionem conjecturalem parere possunt, ( cum cetera ponuntur; ) cum etiam peccatores hanc aliquando habeant ex ignorantia eorum culpae ec. Experientia dulcedinis, & promptitudinis ad pietatis opera est medium valde fallibile: Et Suarez idem Grat. p. 3. l. 9. c. 10. n. 11. de talibus indicis ait, Regula indicia incerta, & lubrica sunt, quia possunt ex aliis causis provenire, & Angelus Satana transfiguratur se in Angelum lucis, & aliquid simile interdum procurat, ut hominem in peccato tacente securum reddat; Deus etiam interdum talia beneficia conferet peccatori, & sic illum a peccatis multiplicandis contineat, & sic illum ad meliorem mentem convertat, demum maxime cura demoni est falsam, & eminentiam hanc conscientiae securitatem in hominibus fore: ait enim D. Gregorius, "Diabolus, quos vult perdere, securus facit."

II. Verum quidem est, quod novam vivendi rationem sustinisse, moreque in melius commutasse, si infirmul debita cura, diligentia, quae apponatur, ut vera de peccatis commissis Penitendo concipiatur, licet non sit infallibile indicium, est tamen optimum justificationis argumentum. Tale tamen nunquam erit, quoties praedicta diligentia, curae deficiat, cum Penitentia, quae secum infallibiliter non asserat verum, & Supernaturalem vivum dolorem, & odium de commissis peccatis, non sit approbata a PP. nec a Tridentino sess. 6. c. 14. ubi dicitur, "Docendum est Christiani hominis Penitentiam, post lapsum, continere cessationem a peccatis, eorum desolationem, cor contritum, & humilitatum, eorundem sacramentalium Confessionem, ritusque satisfactoriam ec." sed ab Anno tantum Lutero, qui an. 1518. scribens ad Vicarium Augustinianorum ait, Tandem didici vocem Penitentiae non significare odium, vel Dolorem de vita praeterita, ut olim dicebatur, sed significare amorem justitiae, & novae vitae, & hoc nomen nihil habet amarum, vel acerbum, sed omnia grata, & dulcissima. Quapropter Magnus Gregorius 3. p. Pastoralis c. 15. ait, "Admonendi sunt, qui admittit deserunt, nec tamen plangunt, ne jam relaxatas agnoscant culpas, quas estis agendo non multiplicatis, nullis tamen sceleribus mundant." Et hom. 34. in Evang. nos docet non minus dubiam esse Penitentiam illius, qui sic alia deplorat peccata, ut tamen, alia committat (supte qui ad hoc Penitentiam agere aus distimulat, aut ignorat)

quam illius, qui admittit deserit, nec tamen plangit. Quandoquidem, ut notat Suarez l. cit. c. 10. Licet sit certum ad evitandum peccatum morale longo tempore esse necessarium gratiam Habitualis, quod autem necessaria sit gratia Habitualis non est certum, sed tantum est probabilior opinio Theologica. Et S. Thomas 2. 2. q. 112. ar. 3. ait, "Dicendum, quod sicut Augustinus dicit in l. 1. de Nupt. & Concup. c. 26. si a peccato destitit hoc esse non habere peccatum, sufficere ut hoc moneret Scriptura, Fili, peccasti; non adicias iterum: hoc autem non sufficit, sed additur, & de pristinis deprecare, ut tibi remittantur. Transit enim peccatum Actu, sed remanet reatu."

CAPUT IV.

Fit satis obiectiva ex Perturbatione pacis conscientiarum deducta.

I. Postulare (ajunt Adversarii) majorem diligentiam ad Justificationem quam humiliter recognoscere propria peccata, quae fideliter narare Confessario, addito solito nisi ad Contritionem, esset conscientiarum pacem perturbare. Ergo neque praemisso Actus Fidei, & Spei Contritioni, neque repetito conatum ad concipiendum eundem Actum Contritionis Fidelibus incitari debent. Resp. querendo ab Adversariis, sequum ne sit, ne forte nulliter turbetur aliquantulum falsa pax conscientiae paucorum finire innumeris Fidelium quotidie descendere in pace ad inferna? Reputandum ne erit grave inconveniens salutariter perturbare falsam illam pacem conscientiae, que profecto aliud non est quam periculosissimum bellum? De qua merito D. Cyprianus ser. de lapsis aequae diceret, Irrita & falsa pax periculosa dantibus, & nihil accipiendum profutura. ante offensam placatam indignantis Domini, & minantis, pacem putant esse, quam quidam verbis fallacibus venditant, non est pax illa, sed bellum. Et doctissimus Suarez de Sacr. Penit. disp. 3. sect. 4. n. 15. Similiter diceret, Quod enim alii Aduersarios ajunt hoc deservit ad pacificandas conscientias nullius momenti est, tum quia non est bona pax, quae in errore fundatur, tum etiam quia potius potest esse occasio negligentiae in preparanda conscientia ad Confessionem debito modo ec. Deus enim non exigit ab homine existimatam Penitentiam, sed veram ec. Nec hoc est contra quietem, sed potius ad gerendam veram conscientiae pacem conferat. Minime igitur disturbanda est illa pax, quae nobis provenit ex probabilii conjectura nostrae justificationis, orta ex Morali diligentia a nobis posita ad verum dolorem concipiendum, quae omnibus Deo adjuvante possibilis est, ut notat idem Eximius de Grat. p. 3. t. 8. l. 9. c. 9. n. 29. Hac enim probabilii conjectura, & existimatio, quae absolute possit quis

humano modo credere se esse in statu gratiae, omnibus possibilis est: Si Moralem diligentiam adhibeant ad consequendam veram praeteritorum peccatorum, & postea ad vitanda futura, ita ut licet formidant, & timent, nihilominus ec. 2. Illa pax conscientiae, quae provenit nobis ex Morali certitudine gratiae recuperatae, orta ex eadem Morali diligentia ad verum dolorem concipiendum a nobis saepe saepius renovata, cum totali peccatorum gravium emendatione associata, & cum aliis circumstantiis ibidem a landaro D. indicatis his verbis, "At si peccatori quis dicat, satage, ut per tuam Penitentiam certam justificationem tuam facias; eam certitudinem censeretur consequi, quae ex diligentia, quae adhiberetur ad veram Contritionem, & optimam Confessionem faciendam consequere potest." Quapropter nos monet Spiritus S. Cap. 18. Ecl. prosequi usque ad mortem hanc utilissimam, & perneccitariam diligentiam, "Ne veteraris usque ad mortem justificari."

II. Neque ex his inferendum est, quod Penitens priusquam ad Confessarii pedes accedat adstrictus sit per plures menses pedibus Hieronymi saxo tundere; non ita quidem; non enim idem est reprobare parvissimam illam, aut, ut melius dicamus, nullam unius, aut alterius conatus diligentiam, ac conatum ad Contritionem multitudinem interminatam requirere: sicut non est idem reprobare incuriosum, ac negligens examen conscientiae plurimis sceleribus illaqueate, ac ipsi onus imponere, ut per plures menses praefato accuratissimo examini continuo incumbat. Est modus in rebus. Illud tantum conatum apponi debeat, requiratur, quae illa diligentia, quam prudens sollicitudo, curaque, ut propriam salutem in tuto ponat, unicuique dictabit. Quod totum praudentium iudicio relinquimus, committimusque desinentiam, ita tamen, ut semper vitentur quidam speculativi timores, anxietates, & inquietudines, quibus multi stultissime ac inutiliter concipiuntur, quin interim in praxim redigant id, quod eos securus reddere vere possit. Quandoquidem res nobis est cum Deo infinite benignitatis, & Misericordiae, qui quidem, si suae gratiae cooperantes debitam sollicitudinem apponamus, nos adjuvat, ut in pristinam illius amicitiam restituamur. Est enim paratissimus ad concurrendum ad peccatorum nostrorum destructionem per veram nostram Contritionem, nec potest nos non adjuvare, si faciamus, si faciamus est (in quo quidem ventur cardo rei) necessarii auxilii, uti docet D. Thomas 3. p. dicens q. 85. ar. 10. "Secundum Augustinum l. de Penit. Confessat Deo multum displicere peccata, qui semper praesto est ea deponere, ne solvantur quod creavit, ne corruptantur quod amavit." & q. 86. ar. 1. "Vincet enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri, quod Deus delere non vellet." Et in q. disp. q. 14. de verit. ar.

11. ait, "Si nos fecerimus (cum auxilio gratiae) quod in nobis est, Deus non deficit in eo, quod est nobis necessarium."

III. Vera igitur conscientiae pax perturbari non debet a prudentissimo quoque, maxime opente falsa, & periculosa ab eodem perturbari oportet in nostro casu. Si quidem, ut optime dicitur P. Bourdaloue p. 1. de diversis cogit. de Penit. haec falsa pax est Fidelium salutis omnium periculosissima. Vos, inquit, mihi dicite, quomodo homines in hoc mundo videmus tranquillos circa praeteritas Confessiones, quantumvis haec fuerint superficialis, & imperfectae? Non nego, quod multi hujus generis Penitentes reperiantur, qui vitam agunt absque anxietate, & scrupulis: Sed haec pax, in qua ipsi vivunt repleta est illorum summa infelicitas; sic enim vivunt, & sic moriuntur. Pax in peccatis est grave malum, sed malum plus formidandum est pax in falsa Penitentia; siquidem pax habita in peccatis nobis non auferat saltem peccatorum cognitionem. Peccator quantum pertinet non ignorat se amulisse Dei gratiam, se esse extra caeli viam, actualiter Dei inimicum existere, & ab ipso Deo aeternis flammis destinari. Et haec ipso cogitatio ipsi erit quoddam remedium, quamvis remotum, quod illum poterit ad meliorem vitam conducere. Et contra vero pax habita ex falsa Penitentia, est quaedam periculosissima illud, quae commissa scelera abscondit; nobisque persuadet, quod peccatum sit extinctum, tum quando repleta in nobis permanet, operatur, & imperat, noque incontinenter ad aeternam damnationem secure pertrahit. Quandoquidem illa pax deceptus peccator, quo pacto poterit gehennam effugere? Si recordatur aliquando antiquorum scelerum praesto sibi respondet: Peccavi, verum est, & apud Deum pudore suffundor; sed Penitentia extinguit omne peccatum; veniam jam petii, mea peccata jam confessus sum; pro Penitentia impostrate mihi fuerunt orationes, & elemosinae; haec omnia adimplevi. Quid amplius fieri debet postquam peccatorum absolutionem jam obtinui ec. En quomodo falsa Penitentia alium effectum non praestat, quam peccatorum confirmare in vera snali Impunita. Quo quid terribilis, quid funestius in vita excogitari aut accidere potest, quam ibi certam mortem obire ubi vita & salus inventendae erant? Quod infans, quam damnationem aeternam incurere securus per viam ipsiusmet Penitentiae?

CAPUT V.

Fit satis aliquibus aliis obiectioibus.

I. Adversarii opponunt 1. Quod nos revocando in dubium suam ipsorum facilitatem, securitatem, & realitatem verae satisfactionis Fidelis, Spei, & Contritionis in casu nostro, perturbamus hominem fidem tot fidelium.



um, & opponitur nimis presumptuose praxi atque persuasione plurium Aſcetarum, & aliquorum Scholaſticorum. Quod certe non eſt ferendum.

At nos reſp. querendo ab Adverſariis in primis, qua nova Theologia bona fides Penitentium, que huicſque ob invincibilem ignorantiam eius ſociam, ſufficiens tantummodo reputatur ad impediendum, ne iſti incurrent malitiam Formalem Actus peccatiſiſſimi, num ab iſtis Adverſariis reputetur, quaſi delecta ad novum Sacramentum, ſi cuius deleri poſſint peccata iam commiſſa? Secundo, qua nova Theologia huic Penitentium bona fides, ſeu potius negligentia adſcribant inauditam privilegium juſtificandi eos abſque Supernaturali Fide, Spe, & Contritione, aut ſaltem Attritione; quod quidem privilegium ceteroquin nullus Theologorum concedit ne quidem iſtis Penitentibus, aut Baſiſimi Sacramentis circa peccata Actualia? Tertio, ab iſtis querimus, an ſua iſporum blandimenta, ac dulciſſima iudicia huic noſtræ Doctrinæ oppoſita, caſu quo revera coram Deo ſint falſa, ut nobis videntur, poſſint poſtea ab inferis revocare immensas illas animas, que illorum gratia ſine vera Penitentia decedentes æternis ſuppliciis adſcribuntur?

II. De cetero veneramus & nos magnorum hominum, Theologorumque omnium auctoritatem, at ſi res bene perpendatur, ipſa noſtra ſententiam non ſolum non expugnat, at nequidem oppugnat. 1. Quia ex iſtis multi ſupponunt, quod eorum Penitentibus ad praxim reducant quidquid in res facere debent, alii vero omnem diligentiam apponunt, ut Penitentibus vere conterantur. 2. Quia quamvis aliqui ſapientes bona fide ſevident diſformæ vulgi ideæ circa Penitentiam obſed, quod noſtras rationes in oppoſitum maturius non perpendimus, hoc non ſatis eſt, ut talis idea pro vera haberi debeat ab ſiſdem, poſteaquam eas perpendimus, ſicut pro tali non amplius habita ſunt a prudentibus & acriter iudicis hominibus, quibus Foroliviæ nobiliſſima hæc Civitate eas rationes prorumpit propoſuimus. Nec mirum, cum, ut ait P. Cardenas p. 4. Criſis tr. 1. d. 21. c. 2. ar. 4. n. 62., Per argumenta ulro citroque diſcuſſa, multa, que pius reputabantur certa, inveniuntur dumtaxat probabilia, multa, que probabilia videbantur, reperiuntur certo falſa. " & ut in p. 2. tr. 6. diſp. 46. n. 24. obſervat, " ſepe enim accidit, quod continua hominum diſputatione aliqua eſſeſcunt, que antiquis latebant. " Maxime cum hæc, que dicimus, non nova, ſed vetuſtiſſima ſint. Notetur tandem ad rem noſtram, quod ipſemet ſcribit in tr. de Prob. d. 12. c. 25. ar. 3. n. 337. " Eſt Profeſſorem Theologie Scholaſticæ ſicut non ſufficit ad eminentiam Doctrinæ Moralitatis neque ad probabiliter in eo genere conferendam eſt. " Et ad Prop. 58. n. 27. addit, " Conſtat eſſe aliquos viros doctos, qui admittunt opiniones Improbabiles, & que con-

ſcientiam non relinquunt ſecuram. " Sed quid quid ſit de eo, ſcriptura Exodi 23. habet, " Nec in iudicio plurimorum acquirere ſententiam, ut verò decies. " Et Hieronymus Apolog. ad Ruſtic. ait, " Peccantium multitudo non parit errori parocinum. " Unde l. 1. ff. 6. c. 6. de ver. iure enucleando ait Imp. Juſtinianus: " Sed neque ex multitudine Aſtorum, quod melius, & æquius eſt, iudicatur, cum poſſit unum forſan & deterioris ſententiam & multos, & majores aliqui in parte ſuperare. " Et L. Nemo Iudex c. de ſent. inquit, " Non tam ſpectandum quid factum ſit, quam quid ſeri debuerit. "

III. Inſtant Adverſarii dicentes, " Hæc doctrina multis Fidelibus denegat Paradifi ingreſſum: eoidemque retrahit a frequenti Confefſione, quod non eſt legendum. Ergo c. Reſp. 1. Noſtram Doctrinam nullis aliis negare Paradifi ingreſſum, niſi illis iſtis, quibus eum denegat Evangelium, non juſtificari ſcilicet; Deumque nobis claves Regni celorum tradiſſe, ut ipſius portas vere penitentibus tantum, & non aliis ad libitum referemus: admiſſumque ſummam injuriam irrogare Miſericordie Dei, & irreparabile damnum inferre hominibus omnem illos, qui inſtar falſorum Prophetarum illorum, qui c. 23. Jeremie, " Omni qui ambulat in pravitate cordis ſui dixerunt: Non venit ſuper vos malum: non venit ſuper vos malum, " homines ipſos miſere deſcipunt, ne veram Penitentiam agentes, effectus Miſericordie confequantur, & inter caſtes adnumerentur. Inter quos magnus Præſul D. Thomas a Villanova numerat illos Confefſarios, qui ut ait, " Dicunt Penitentibus: Conſiſus eſt? Abſolutus eſt? Vade ſecurus; & animas mittunt ſecuras in infernum. Ob deſtrutores Eccleſie Dei! "

II. Reſp. 2. Sapientiſſimum quemque negare non poſſe noſtram, ſeu Eccleſie doctrinam, maxime præ oppoſita promovere frequentem Confefſionem; cum manifeſte videat 1. quod ex duobus Penitentibus ille, qui perſuaſus eſt de veritate noſtræ doctrinæ magis ſollicitus eſſe debeat tum in reiteratione Conſuetum, ſeu Actum Penitentium, tum in repetitive Confefſionem, ut ſic confequantur illam certitudinem ſuæ juſtificationis, quam ille alius, qui eam ſine hiſ ſibi promittit, & de qua ſibi ſecurus blanditur. In quorum certe numero non erat celeberrimus ille Theologus Svarcz., Narrator (a P. Ardia, ait ipſicleg. catech. p. 3. conc. 17. n. 4. Claus) de Eximio D. Franciſco Suarez Soc. Jeſu, quod licet immenſo ſtudiorum labore diu, noſtque occupatus fuerit, & ingenta nescio quæ, ac quanta volumina in literati orbis admirationem eliderit, tamen ſingulis diebus ad minimum centies Actum Contritionis elicierit. "

III. Quod vera ratio, cum magna Fidelium pars ſciens, & volens contra Spiritus S. momentum c. 27. Ecclieſ. demoritur in errore impiorum, vitam ſcilicet agens ſceleſtiſſimam, nec

de Penitentia, niſi cum de morte jam jam vicinia admonetur, cogitans, ſeu cum veſtetur in eo errore, ſi quo, ut explicat Alapide, impius dum vivum indulgens ſuis voluptatibus, & concupiſcentiis perſuadet ſibi ſe in morte, & in morbo lethali converſurus ad Deum, eumque laudaturos cum anima ſolita a corpore nihil terrenum amplius appetere poterit, alia non ſit, niſi Inſipida, & Superſticialis eorumdem Fidelis, & falſa Spes fundata in ſibi illa ſecuritate, qua ſibi blandiuntur de Juſtificatione ſimplicis Confefſionis, ac doloris ore tenus prædico, ac ſi vere penitentes evadant mera recitatione Actus Contritionis, quaſi Formula huicſque Actus Forma eſſet alicujus Sacramenti, que ſemel prolata operetur independente a merito eam proferentis. Hinc videre eſt, neque ſine maximo animi æreore, ex quo Penitentibus plurimos, dum per integras horas S. Penitentia Tribunalia expectantes circumdant, omnino incogitantur occitantes, plures B. Virg. precarios globulos percurrentes, alios vero peccata miniſſima nimis ſcrupuloſe recogitant, omneque, vel ſere omnes nihil minus quam illud, quod præcipuum eſt, verum ſcil. Contritionem, illuſque neceſſarias diſpoſitiones Fidem, & Spem curantes. Efficet enim vero vaſerimus demon eſt tunc talia ſuggerendo, ut miſeri ſe tempus illud pretioſiſſimum inuſiter terant, ceteraque omnia curent præter illud, quod eos juſtificare poſſit. Unde, ut ait D. Ambroſius l. 1. de Penit. c. 12., " Remedium noſtrum ſi ipſi diabolo triumphus. "

CAPUT VI.

Fit ſatis obſectio deducit ex Novitate iſtius Doctrinæ, apte ad adducendum Fideles in deſperationem.

I. Uterius nobis obicitur, quod inculcare majorem diligentiam quam ſolitam, ſit promovere Doctrinam Novam, eamque aptam ad adducendum Fideles ad deſperationem & Reſp. tandem negando aſſumptum. Nam quod ad Contritionem premitri debeat Fides, & Spes Formalis Actualis, vel ſaltem Virtualis, & ad Sacramentalem Abſolutionem ea repetitio conſuetum ad concipiendum verum dolorem neceſſarium ſi que quod idem eſt, quod præmitri debeat neceſſaria diligentia, qualicumque ea ſit, ut validus, ac fruſtuſus fuerit Sacramenti Penitentia: uſque, ſit perpetua Car. Eccleſie Doctrina, minime vero ea, que contra-tium docet, evidens erit cuiusquam præjudicii vacuo huicſque dicta ponderabit. Ex quo evidenter ſequitur 1. Quod ſalſiſſime dicenda ſit doctrina Nova, cum in primis ea unice ſit antiqua, & ſecundario, Veriſſimum ſit illud, quod in Synopiſi totius Oper. de Servorum Dei Beatiſſicatione l. 2. c. 28. ſcribit Sapientiſſimus Papa Benediclus XIV., " Quo ad Novitatis cenſuram ſpectat, neque Nova, neque damnableſis eſt Doctrina, que licet aliquid noviter

dicat, Nova tamen non docet eo. Quare Doctrina Nova erit, que vana, & inuſitata Scripturis, & Patribus adverſaria exhibet, at que ſtudio novitatis velut novum aliquid adverſus Eccleſie regulas tradat; novas exhibet voces, ut jam innuimus. 2. Quod perperam reputetur apte ad adducendum Fideles in deſperationem, quandoquidem illa ſola eſt, que veram Spem nutrit, & ſemper quoad ſubſtantiam, ut ita dicam, praticata ſunt ab omnibus illis, qui poſt peccatum novis reliquerunt bene fundatam Spem de iſporum æterna ſalure. Et etiam quaſi per plura luſtra Forolivi in hac nobiliſſima Civitate, & aliis a nobis ad praxim reſecta cum numeroſo concuſſu Penitentium omnium ſtatis perſonarum, & quampluribus aliis indicata nunquam præteritum deſperationis eſſectum in aliquo ex hiſ produxit. Ah! quod non uſus Catholice doctrinæ, qualis hæc eſt, ſed ſolum ejus non uſus occaſo poſſet impiis deſolationem eſſe. Nec ob evitandum deſperationem præter ſam alicujus, & veram nullius, lovere debemus perverſam multorum ſpem. Cum verum ſit, ut notat Auguſtinus ſer. 87. de Verb. Evang. quod, " Iſta duo occidunt animas, aut deſperatio, aut perverſa Spes; " & tr. 33. in Joan., " Ex utraque homines periclitantur, ſperando ( male ), & deſperando. " Quia, ut advertit Sorbon. D. Habert Th. Dogm. t. 2. tr. de Deo uno c. 20. ff. 5. q. 5. n. 3. Quæ remedia querit, vel admittit, qui ſanum ſe exillimat? An opus retractandi, puta falſam Penitentiam, qua pro more identidem deſanguitur, qui in ea nullum deſolium deprehendit? Vix aliter pereunt, quoquoque pereunt, quam hæc pœnali cœcitate; nullus quippe tam dura cervice eſt, ut apertis oculis det ſe præcipitem in ſtagnum ignis ardentis. Si nos interrogaverit liceret, qui jam in illis tormentis cruciantur, quomodo ad tantam miſeriam devenerint, ſinguli ( paucis deſperandis exceptis ) reſponderent ſperare ſe ſalvandos, vel ex teſtimonio propriæ conſcientiæ, vel Penitentia beneficio, cuius humanitatem non advertebant. " Nec ſub prætextu non diſturbandi ſuam falſam ſpem a nobis conſervanda eſt in ſuo periculoſiſſimo errore inſelix illa generatio, " qua ( ut ait Spiritus S. Prov. 30. ) ſibi videtur munda, & tamen non eſt ſola a ſordibus ſuis. " II. Verum quidem eſt, quod lumina, que nobis ab hac doctrina proveniunt, apta ſunt, fatemur, ad nos non parum terrendos, atque ad nutriendum in cordibus noſtris ſanctum Dei timorem; verum hæc erit lumina noſtra felicitas, nam, ut ait Chryſoſtomus hom. 15. ad Pop., " Nihil enim tam peccata conſumit, & Virtutem germinat, & crefcere facit, quam timor; propterea qui non vivit in timore, reſte illum agere non eſt facile, ſicut impoſſibile eſt illum agere non eſt facile, ſicut impoſſibile eſt illum agere non eſt facile, ſicut impoſſibile eſt illum agere non eſt facile. " Quod confirmat D. Bernardus ſer. ad cler. c. 4. dicens, " Qui pavore, timore, qui negligit, in ea incidit eo. Et Terullianus l. de cultu ſam. c. 2. inquit, " Non timendo, neque ca-



vendo difficile salvi erimus. Ideoque Mag. Basilus ad Plal. 33. hunc timorem vocat, *Sanctiæ operarium, quem Pater Cælestis non qualiscunque, sed Filios de propria salute sollicitè promissè se docturum.* Sed quid? Stultorum hominum est, semperque fuit, quod illis trepidaverunt timore, ubi non erat timor, & contra quod illis non trepidaverunt in ore, ubi erat timor omnium maximus, seu ubi maxime timendum erat, hoc est, quod trepidant, dum has similesque veritates legunt vel audiunt, & quod non trepidant, & summo horrore concutiantur, dum peccant, & post peccatum veram Penitentiam parum curant, trepidantes ad depicti, & non ad veri præcipitii conspectum: oculos claudentes lucida fulgurationi, que illos admonet de periculo, & fulminis sicut non paventes, qui solus pavendus erat. Uno verbo, non timentes perire, timent hoc timere.

III. Inermes, & ignorantie, ac inconsiderantie tenebris involuti certare volunt cum inimicis facillitatis, ad illorum perniciem fortiter armatis, confident, & uti 24. Job dicitur, *Sic in tenebris quasi in luce ambulavit.* More Barbarorum illorum Mexicanorum, qui gladiis ligneis olim pugnantibus cum ad radiorum Solis in Hispanorum gladiis ex charlybe repercuturum fulgorem perterriti terga vertentes, consilio communi & ducto suorum sapientum in densissimis dumtaxat tenebris manus cum hostibus conferentes absque ullo effugio ab illis ad internecionem debebantur. Haud aliter plures ex Adversariis, dum propriam & aliorum Justificationem nimis confidenter committunt personarum diligentia quasi certam suam damnationem incurtere non timentes, dumtaxat timere videntur, ne sibi consensum aliquod lumen affluat, quo eam evadere possint. Vel ne in eorum oculis infundatur guttula stilus, quod Augustinus tr. 34. in Joan. vocat, *Collisium Fidei*, quo cum illi luminati videre possint summam stultitiam, & stupiditatem esse, si ubi agitur de summa rerum in tuto collocanda, de reddendo tuto bono infinito, atque de cavendo maximo malo non adhibeatur, si non summa diligentia, que ab homine apponi possit, illa saltem medicis, quam innumas, non adhibeatur. Neque ullo pacto adeo tenuis diligentia in tanto negotio contentiam, & humanam fiderem pacificare possit, nisi ope propria ignorantie, & nimie facilitatis, qua a pluribus Confessariis securi redduntur Penitentes de obtenta vi illius peccatorum venia. De qua facilitate nimis perniciosa merito queritur Petrus Soto cit. Indit. Sacri. de Sacri. Penit. lect. 5. dicens, *Propensione est (in morte penitentibus) immanitas divina Misericordie, danda est Spes, sed ita æquidum est, ut quantum fieri potest, excitentur ad verum propter Deum dolorem peccatorum. Cavendum vero est, quod hic multi videntur præpropere consolari Penitentes. Jubent statim certam habere remis-*

sionem, quasi nihil aliud opus sit... Igitur in extremis addenda calcaria ad verum dolorem, quantum fieri poterit, ita ut ipsa consolatio ad id inducat. Potest namque progrederi agi, ut nonnunquam, cum nihil minus agere videatur is, qui exhortatur, tunc maxime accendat ad verum dolorem. Et ne ullus unquam desperet de Misericordia Dei, omnes meminerit de illo, quod apud Blosium Monit. Spis. c. 2. Christus Dominus dixit S. Catharine Senensi, scilicet, *Peccatores qui in morte extremitate desperant de Misericordia mea, multo gravius me offendunt, & magis mihi displicent hoc uno peccato, quam omnibus aliis iniquitatibus, quas unquam commiserunt.*

CAPUT VII.

*Que, quantaque Spes in Fidelium cordibus fovenda sit.*

**F**ovenda est in cordibus Fidelium divina illa Spes, que, ut 2. 2. q. 17. ar. 6. ait Angelicus, *Nos facit Deo adherere: prout est in nobis principium perfectæ bonitatis, in quantum scilicet per Spem divino auxilio innititur ad beatitudinem obtinendam.* Fovenda est in cordibus Fidelium *Supernaturalis* illa Spes, que consistit & in firmissima attentione ad Motiva hujusce virtutis, & in præsentis cooperationis nostra auxiliis gratie vi nuncque suppeditatis. Hæc, hæc Spes fovenda est, non vero fallax illa fiducia, que consistit in *negatione* attentionis ad prædicta Motiva, & in *mere possibili* (proindeque vix apto requisito ad præsentem veram Spem) *cooperatione* ad auxilia gratie; & que impio separat a viis Domini, & in profundum omnium seclerum immergit. Hæc igitur divina virtus fovenda est, ac non fovatur, quæso, eius loco quadam fulta temeritate fundata in crassa ignorantia juxta illud observatum ab Aristotele 2. Rhetor. c. 5. dum ait, *Causa audacia est, cum in phantasia Spes fuerit salutarium, ut prope existantiam, temporum autem, ut non certum, aut longe existantiam;* que homines alitum ad demorandum in errore impiorum, seu quo, ut explicat Alapide, *impio, dum vivunt indulgentes suis voluptatibus, & concupiscentiis, persuadent sibi, se in morte, & in morbo lethali convertitur ad Deum, eumque laudaturos, cum anima soluta a corpore nihil terrenum amplius appetere poterit.* Cum talis præsumptuosa Spes male audiat apud TT. cum Reinsensu de Spe q. 2. n. 12. dicente, *Spes Theologica includit iudicium, & desiderium consequenti æternam beatitudinem modo debito, id est ex merito Christi, & accedente propria cooperatione.* Præsumptio vero includit iudicium ac desiderium consequenti æternam beatitudinem modo aliquo *indebito*, v. g. per solam Fidem, vel ex puris Naturalibus, aut *vivendo scelerate.* Et etiam apud Pa-

tres, dum, ut alios taceamus, D. Bernardus ter. 3. de An. inquit, *Est infidelis fiducia usque maledictionis capax, cum videlicet in Spe peccamus.* & D. Augustinus ter. 2. de Penit. ait, *Male sperat, qui se post multa tempora ad Penitentiam medicamenta reservat.* Verum quidem est, quod hæc *Veritas* Spes a multis Adversariis reputatur sufficiens ad Sacramenta suscipienda, & ad reliqua; dum aliam ad hæc non requirunt.

II. Utque nostra *Supernaturalis* & vera Spes semper firmior evadat ultra prædicta longæ amandetur nimis zelus, neque secundum scientiam, & quo plures veram Penitentiam nimis facilem, & obviam deprædicant, ac si ea unice dependeret a viribus liberi arbitrii hominis, & non potius ab auxiliis congruis Gratie Dei; eis addita nostra competenti cooperatione, in quo stat summa rerum; & quo e converso illi ipsam depingunt nimis difficilem, & quasi imperviam, ac si Deus, qui (ut ait Apostolus ad Rom. 8.) *etiam proprio Filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, non etiam cum illo omnia nobis donare paratus sit?* Aut illius propria non que sit *miseri semper & pariter.* Abiit quoque, longæque abiit a Catholico viro quædam pusillanimitas, diffidentia, & forsam quadam averio, quam malus demon sæpius homini erga benignissimum Deum inspirare satagit, dum illum depingere tentat ranciam austeram, trucem, & velut inexorabilem Dominum, qui in suis beneficiis erga hominem præsertim peccatorem prolixè illiberalis, ac tenax fit, atque ad rigorem potius, quam ad beneficentiam præpndat. Ac si Deus non sit *suavis Dominus universi, & miserationes ejus super omnia opera ejus, ut dicitur Psalm. 144. & dices in Misericordia, ut ait Paulus: Et qui peccatores recipit, & manducat eum illos, ut murmurabant Judæi apud Lucam 25. Ac si tandem ipse non dixerit apud Esaiam 48. Nisi quid voluntatis mee est mori impij, & non ut convertatur a viis suis, & vivat?* Et Exodi 23. *Si clamaverit ad me, exaudiam eum, qui miseris sum.* Unde nervose argumentatur Augustinus dicens, *Quare Deus toties nos ad imitandum sibi monet, si supportare nos vellet?* Ah! Non est (pergit Mag. Doctor) *illudor Deus, ut se ad supportandum nos offerat, & nobis innocentibus ei, in ruinam nostram se subtrahat.* Non est illudor Deus, non est illudor, maxime si illum ut *aperit, & humiliter exoretis, clamantes: Domine, adjuva me. Convertete me, Domine, & convertar.* Et cum penitente Augustino lect. 7. Nativ. eidem dicamus, *Da, Domine, misericordiam misero, qui tantum peperit criminosa. Inclinet ad remissionem humiliter penitentio, quem pervertere non potuit dissonantia peccatorum.* Et similia. Fovenda est ergo in omni casu prædicta vera Spes, ut *aperit* ad salutem in cordibus Fidelium.

Ad quam in ipsis magis, magisque stabilendam has prærentes quæstiones furori calamo pertraclavimus, in quibus, si alicui videatur, quod vi alicujus expressio omnino præter intentionem nostram in oppositum impegimus, meminerit ipse illius, quod Mag. D. Augustinus l. de Grat. Chr. c. 47. scripsit, *Ista quæstio, ubi de arbitrio voluntatis, & Dei Gratia disputatur, sit est ad discernendum, difficultis, ne quando defendatur liberum arbitrium, negari Gratia Dei videatur: quando autem Dei Gratia assertur, liberum arbitrium putetur auferri.*

CAPUT VIII.

*Sive Appendix. Fit satis objectioni deductæ ex Rigorismo, qui nostro discurrendi modo attribuitur.*

**I.** P<sup>ostremo</sup>, ut nobis relatum fuit, quidam Anonymus obtinuit has nostras Assertiones reject non aliam ob rationem, nisi *quia, ut ipse ajebat, Rigorismum sapient, & in Janensismum vergens.* At ipse in primis respondens nullum delictum esse agere *Tutoriam*, vel *Rigorismum* in eo, in quo omnes Catholici ex ecclesiastico, & divino præcepto tales esse adstringunt, e converso autem grave Sacriligium esse in prædicti *Laxiorismum*, ubi adeo stricto nobis præcipitur sequi *Tutorismum*. Non parvum, sed amplectendum est Rigorismum, quo discretam ac prudentem diligentiam apponamus, ut quantum fieri potest, in tuo ponamus Materiam, & valorem Sacramentorum, ut saluti æternæ Animarum consulamus. Hæc enim ad amissum est Ecclesie C. doctrina.

II. Est *Tutorismum* ad Ecclesiam præscriptum docere cum Janenitibus, quod etiam, ubi tantum agitur de *licito*, vel *illicito* actionis, nulla Probabilitas præitari possit, sed est *Laxiorismum* ab ipsa pariter damnatis docere non esse *illicitum* in Sacramento *confessandi* sequi *ultram* probabilitatem de valore Sacramenti, *relictæ Tutoriatæ*. Unde sapientes fecerit non attendentes, qui *Laxiorismum* vocant omnem veram probabilitatem circa licitudinem Actionis (ac si esse posset *verè probabile*, seu a prudentibus approbabile aliquod secum afferens *relaxationem*), ita neque ab opposito eos attendunt, qui *Rigorismum* appellant vel moderatam diligentiam in Sacramentorum administratione, ac si esset interloquabilis *Rigorismum* aliqualem diligentiam adhibere ad ponendum in tuo animarum salutem, Sacramentorum reverentiam, ac valorem. Colliges 2. eo immerito dicti *Rigoristas* (ait Pater Lacroix lib. 6. par. 2. num. 270.) qui in administrandis Sacramentis, quantum possunt, *Tutores, & Penitentibus* *utiliore* *servantur*, *quamvis* *difficilioribus*, id enim reprehendendum non est. Unde sicuti est dicatas popularis: eos vocare *servatores*, qui conatur exacte, & perfecte vivere, ita dicatas *maligna* est eos vocare *Jan-*



seniſas, & Rigoriſas, qui meliora, & ſecuriora ſuadent, dummodo diſcrete ſiat, & Sacramenta per hoc non reddantur Fidelibus odioſa.

III. At quoniam jure, quaſo, dici poſſit Rigoriſmus, qui Sacramentum Penitentiae Fidelibus reſtat odioſum, docere cum graviffimis T. T. PP. & Tridentino, quod Actus Fidei, & Spei ad Supernaturalem Contritionem, & ad hanc eliciendam eos contatus quos prudens ac diſcreta ſollicitudo propria ſalutis unicuique ſuggerat, praemitti debeant? Neque ſumus ita hebetes, ut hoc negotium roto animo urgeremus, ſi vel Probabilitate dicenti: „ Pars negativa eſt vere probabilis: hanc ergo tenere poſſum “; vel probabilioriſte reſpondenti: „ Pars negativa licet contraria Tridentino mihi probabilior eſt: illam ergo ſequi teneo: “ licitum foret ullo praetextu noſtra ſententiae praxim eſſigere. Dicit forſan Anonymus noſtram Sententiam veram eſſe, & unico in praxi tenendam. At ob quaſdam rationes divulgarari non debere. Sed abſi in prima bonus Anonymus rem diſſilem poſtulat, dum ſemper occultandam putat, quod plurimorum oculis perſeriem ac expoſitum eſt. Neque tam perniciosa Politica Sacramentorum reverentiae, & animarum ſaluti a diametro oppoſita poſſet non eſſe graviffimi reatus, & tractu temporis ſummam ignominiam cuiuscumque eam ex compoſito adhibeat. Secundo, nulla catholica veritas diſſimulari debet ſub velo ſaſtatis, ut ſic inimicorum jacula vitare poſſit. Nec Tridentinum ab id, quod Haereticis calumniis oneraverit Sacramentalem Confeſſionem, eam vocantes confeſſionem carnificinam, docere deſtitit neceſſitatem docti ac diligentiſſi examinis ad eandem requiſitorum.

IV. Quamobrem licet verum eſſe (quod certo ſalium eſt, deſtantur enim iſſi quod Fidem, & Spem) Janſeniſas, ceteroque Haereticos docuiſſe quod requirerentur mille Fidei, Spei, & Contritionis Actus ad Confeſſionem, non tamen ideo nos dicere debemus, quod procedere non debeat Actus Fidei, & Spei ſaltem proprie Virtualiter Contritionem, aut quod hac ceſſo eliciatur, ut oportet ad primum, vel ſecundum conatum ad eam eliciendam a nobis adhibitu. Noſtro iudicio male proſecto ſe gereret, qui ut evitaſſet errorem proſcriptum in Prop. ver. gr. Non licet ſegui opinionem vel inter probabiles probabiliffimam, circa licitudinem praecise Actionis humanae, nihil curans de vera probabilitate aliam amplecteretur proſcriptum in Prop. Generaliter damnoſiſſimam, ſive intrinſeca, ſive extrinſeca, quantumvis tenui, aliquando agimus, ſemper prudenter agimus “; vel qui ad fugiendum haereticalem errorem Novati a Tridentino c. 14. & can. 29. ſeſſ. 6. indicatum, ſemel laſſi in peccatum, quantumlibet poeniterint, nunquam veniam ſunt conſecuti “; illum alium

oppoſitum Lutheri adoptaſſet artic. 11. Si Sacerdotis obſervetur Abſolutio, & credeſſet forſiter re abſolutum, & abſolutus erit, quidquid ſit de Contritione “; cum unum, & alterum errorem evitare deberet.

V. Ceteroquin inherendo D. Hieronymi monito „ In accuſatione Haereſeos volo quinquam eſſe patientem “ reſtaumendo Anonymi objectionem inquiri, nunquid Div. Thomam, Suarezium, Vaſquium, Bannez, Reinſenſi, Dianam, Specurium, Tamburinum, alioſque ſimiles, dum tradunt noſtram doctrinam, Rigoriſas appellabimus, Paſtoreſque Janſeniſarum? Atque denovo a bono Anonymo quaerimus, An contendere quod praemitti debeant Actus Supernaturales Fidei, & Spei ad Contritionem; & quod ad Contritionem ipſam in ordine ad Sacramentalem Abſolutionem probabiliter concipiendam, ea diligentia, quam prudens cura ſalutis unicuique diſtabit, ſit fortaſſe idem ac docere in primis cum Janſeniſarum, Patriarcha Vergerio Quod peccata venialia non ſunt Materia ſufficiens Sacramentalis Abſolutionis: “ Quod opus non ſit conſiderari numerum peccatorum mortalium; neque circumſtantias peccatorum ſpeciem mutantes “; Quod Contritio ſit abſolute neceſſaria in Sacramento Penitentiae ad obtinendam veniam peccatorum, & quod non ſufficiat Attritio ad obtinendam veniam; quod verba Conc. Tridentini circa hanc Materiam intelligi debeant de Contritione, vel aliter opus ſit dicere, quod concilium in hoc puncto erraverit? Quod illi, qui voluntarie contrahunt aliqualem deſectum, aut imperfectionem, indigni ſunt Sacramento Euchariftiae “; ut legitur in ſuis Theol. Familiaris ſeſſ. 13. & Explic. ritus Miſſae ad art. Lavabo.

VI. Secundo. Ab eodem quaerimus: idem ſit nec ne docere, quod ad Contritionem praemitti debeant illi Actus Fidei, & Spei; & ad Sacramentalem abſolutionem conatus illi ad concipiendam praefatam Contritionem, quos Chriſtiana prudentia ſuggeret, ac cum Janſeniſis (in damn. Prop. 22. & 23. Decr. Alex. VIII.) docere: 1. Quod Sacriſegis ſunt iudicandi, qui juxta ad Communem percipiendam praetendunt, antequam condignam de delictis ſuis Poenitentiam egerint; & ſimiliter averſi ſunt a Sacra Communionem, quibus nondum ineſt Amor Dei puriſſimus, & omnis mixtionis experti? 2. Quod non licet ſegui opinionem, vel inter probabiles probabiliffimam, ut ſic non ſolum promoverent probabilioſiſſimum, ſed etiam Turbiſſimum, anſamque arripere liberius tradicentem apud imperitos vel antievangeliſtam Doctrinam, & originem omnium ſecularum largiffimis declamationibus jam pungentibus verbis, jam devotiſſima unctioſe plenae communem Moralem, & Eccleſiam univerſalem Doctrinam, ut conſtitueret vel iſte Oſtracidiſſimus, Communis ergo & univerſalis per Eccleſiam erat probabiliffima Doctrina “.

Id que

que eo peſſimo Conſilio, ut ſcilicet Populis facillius poſſet perſuadere. Hereticam impietatem praedicat eorum Patriarcha Ab. Saracani, videlicet, quod „ Ab hinc ſex aut ſeptem ſaeculis Eccleſia Dei amplius non ſit: & quod Eccleſia Rom. Catholica jam non ſit illa incorruptiſſima (in eius ſcil. Doctrina) Chriſti Sponsa, ſed adultera & proſtituta “.

3. Illam aliam blaſphemiam eorumdem Coriphei Janſenii, ſcil. quod „ aliqua Dei Praecepta hominibus juſtis volentibus, & conſuetudine ſecundum praefentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia: deſi quoque illis Gratia, qua ſunt poſſibilia “.

Conantur enim tot fallacibus Declamationibus, ac Sophiſmatibus hominum humeris imponere uti certum onus, incertiſſimam obligationem tot millium praeterrantes de propria ſalute ad libertiorum perverſiffimam viam capeſſendam adigerent. Ac demum eodemſem ſub ſpecioſo praetextu reformationis, ac legitimiſſimae perfectae ſecum ipſis eximere conantur non ſolum ab obſervatione omnium legum Humanarum, ſed etiam divinarum certarum, nec ulli incertiſſimi probabiliffimi ſubjeſtarum (quandocumque has Deus condidit propter hominis utilitatem), ut innuitur in Prop. 71. in Bulla Unigenitus, damnata „ Homo ob ſui conſervationem poſſe ſeſe diſpenſare ab ea lege, quam Deus condidit propter ejus utilitatem “.

VII. Demum operi ſinem imponamus vobis illuſtris T. Petri Soro loc. cit. ſeſſ. 8. de Conſeſſ. informi “.

Hec autem quam potuiſſimus diligentiffime conati ſumus explicare, ac admonemus & Poenitentes ipſos, & ſpirituales iudices, ut non leviter hae pertraſcant: Eſt totius ſalutis cardo in terra (per Supernaturalem Contritionem) mutatione animae.

Cum igitur hoc officianter faciamus, & negligenter, tam Medici ſpirituales, quam infirmi, certe graviffime timendum eſt, ne ſcordia noſtra omnia Dei beneficia convertantur nobis in perniciem, & ex quibus conſecuturi eramus ſalutem, perveniat perditio &c. Eſt igitur Confeſſario (ut Chryſoſtomum ſuperius audivimus dicentem) opus ſextentis oculis, ut habitum mentis ejus, qui conſtitueret, agnoſcat; ut excites ad Poenitentiam; ut ab admonitione, & oratione non deſiſtat quoadunque, quantum dabitur, agnoſcat Poenitentiam aſcendiſſe ad perfectum Contritionis, & Charitatis Actum. Et Poenitentii ſimiliter opus eſt, ut ſeipſum diligenter diſcarnat, ſicut Paulus inquit: & nosmet ipſos diſjudicemus: & non putet leviter, aut obiter curandum eſſe tantum negotium, in quo agitur de conſequenda venia mortalium peccatorum. Et cum ambo probe fuerint functi ſuo officio, dicant: Domine, ſervi inuſitatus ſumus: & timent. Quod ſi hoc illi: quid acturi ſunt, qui nihil haec omnia curant? “.

*El Inicier esto en Popay. 67*

FINIS.

Laus Deo, Virginiſque Matri, ac D. Ignatio, & omnibus Sanctis.

D. GIOVANNI ALLEGRINI CORRETORE.



